

S

Etsi Chariss: uir, patrone obseruandiss: quid ad te
 scriberem, hoc tempore non haberem: tamen pauca
 haec edita apud nos recens ad praestantiam tuam
 cum hoc M. Abraamo Reckenbachio Reapolitano
 mittere uolui. Ac mitto simul propositiones Vtriusq;
 Illirici & M. Vicorini de Lib: arb: & de defini-
 tione Legis & Euangelij, quarum propositiones
 de Lib: arbitrio disputatae sunt p triduum in
 aula Vimarisiensi, Et cum circa illud tempus
 iunior princeps misanus, Iohannis Frid: prin-
 cipis senioris filius, mortuus esset, disputatio
 de Legis & Euangelij definitione sublata est in
 aliud tempus, Etsi aut de ista habita disputatio-
 ne ad nos adhuc nihil ^{certi} prolatum est: tamen
 multi fide digni homines Witambergam uenerunt,
 testantes id, qd aliqui etiam docti scripserunt ad
 nostros preceptores, quod nunc in transscriptio-
 nibus collectarum solutionum & responsionum utriusq;
 plus lucis, & ueritatis insit solutionibus: M. Vicori-
 ni, quam Illirici perfidissimi hominis, quae
 sunt in finitum chaos nec coherens quiddam. Ac
 nuper ex nostro cetero aliqui senae apud M. Vicorinop:
 qui eis, ut mi dicent nostris preceptoribus, mandauerunt,
 se ita respondisse, & eos uicisse, ut non speret quoniam
 illorum petituram alteram disputationem. Faxit
 DEVS ut istorum rabulorum & odium inensiss: & nephas
 in lucem prodeat, & ab omnibus cognosci possit,
 quo citius uulnera misene Ecclesiae sanari gaudeant.

fuērunt

C 107 L. 9. 1 m 3